Devolvique debebunt. His suis praesentibus pro sta-
15800 tibus Recognitionibus ad praemissa omnia et singu-
la mediantibus.

Gnosi, Drohoiowski ab Vna et Swiatopełkowna Parte ab Altera, Coniuges Ltimi Intercisam Certam inter se Roborant.

Ex Copia

Comparentes personaliter Coram Officio, et Actis praesenti-
bus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosi Chri-
stophorus Thomas a Drohoiow Drohoiowski Vexillifer
1179 Terrae Premysliensis ab Vna, et Zophia de Iedzie Swia-
topełkowna Generosi olim Ioannis Swiatopełk de eadem
Iedzie Boleszczyski Pincerna Terrae Premysliensis Fi-
lia, Suprascripti vero Generosi Christophori Thomae a Droho-
iow **Drohoiowski Vexilliferi** Terrae Premysliensis Con-
sors, Coniuges legitimi parte ab altera Sani mentibus et Cor-
poribus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdicti-
onibusque suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo
Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdi-
ctioni, Quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac
Bonis suis generaliter Omnibus totaliter, et plenarie
Incorporando, atque subijciendo palam, libere, publice
ac per expressum Recognouerunt, et quilibet illorum
seorsim suo pro Interesse Recognouit, Quia, ipsi

ipsi et praecipue Consors cum eiusdem Mariti sui Viri Tutoris Coniugalis Tum Ensorum Andreae de eadem Friedric Swatopelk Boleslawszyki Fratris sui patruelis germani 1509
et Cristini de Zoray Zorayski eidem fratris sui Amittalis germani, Amicorum suorum de Linea Paterna et Materna proximiorum personali Assistentia, et Authoritate atque ultroneo ad infrascripta Recognoscenda Consensu libro mutuo et vicissim Una Pars alteri, ac Successoris utriusque Partis se, ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis Inscribent, et Obligant praesentibus, Intercisam certam inter se Recognoscientes ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum de Actu et Data ipsius hic Premysliae die hodierna in Actu Consensu Confectam et Conscriptam Manibus sui Recognoscentes et Certorum Amicorum ibidem Contentorum propriis ab utrisque subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisa Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Damnis Terrestribus, ligamentis, ac Nexibus generaliter Universis firmiter Tenere Complere, Exequi, ac inviolabiliter observare, Omnibusque et singulis eiusdem Contentis tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam Vicissim in toto Referendo, Et quod sub Damnis Terrestribus simpliciter et absque Corporali Iuramento taxandis, et edicendis per partem Parti cum Successoribus utriusque Partis ob non Completionem Contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit ad Placendum Succumbendis Pro quibus quidem Damnis terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad Placendum succubitis ac pro Re aliqua Principali
ex Conte

tis Interesse praefato non completa, complenda Citata exi-
1590 stens invita Pars Ultra praemissa non tenens, sive eius posteri
Ad Instantiam Partis alterius praemissa tenentis et complentis
vel illius Successorum ad Officium praesens Castrense Capi-
taneale Premysliense ex tunc Recessu Supra scripto quo
ad Respondendum Speciali mediante semper in Primo Citationis
Termino tamquam peremptorio stare Iuri parere et re-
spondere Damna praelata Terrestria Simpliciter tam pa-
ta Luere, Inscriptioni praesenti Satisfacere, et Omne iudi-
catum pati Debebit, et Tenebitur, Seque actus Suc-
cessores ad eodem Omnia Inscribit, et Obligat praesen-
tibus, Illum Terminum primum peremptorium, et alios
omnes exinde Subsequentes Causae eiusdem Terminos
Semper peremptorios, Vera Infirmitate proclamatione illi no-
vennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum
Servitio Militari ad Munimenta ad Quietorem, vel alijs
quibusvis Dilationibus, et legalibus impedimentis non
Differendo, ad Quietationem praeterea ultra primos,
et proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premy-
sliensis Terminos Dilationes sibi non Recipiendo
nullasque Motiones, Appellationes, ac earum pro-
secutiones faciendo, atque praemissa omnia poenis
simplicibus, vel triplicatis Quaestionibus, Suspensioni-
bus, fatalijs Iuris praeemptione terrestri Commonitio-
neque, ac alijs omnibus Iuris Remedijs, et De-
fensis non Subterfugiendo, Nec modo alio quo-
vis Evadendo, Ita eius praesentibus personaliter
Re-

Recognitionibus ad praemissa omnia, et singula mediantibus.

1591

Gnosa Swatopelkowna Bolestraszycka Gnoso Drohoiowski Marito suo Certas Sortes suas Donat.

Ex Copia

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosa Zophia de Trzedzie Swatopelkowna Bolestraszycka olim Generosi Joannis Swatopelk de eadem Trzedzie Bolestraszycki Dapiferi Terrae Praemysliensis Filia 1179 Generosi vero Christophori Thomae a Drohoiow Drohoiowski Vexilliferi Terrae Praemysliensis Consors legitima sana mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Fo'ribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, Subiecti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Incorporando, atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum Recognovit. Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui uti futuris Coniugalis, tum Generosorum Andreae de eadem Trzedzie Swatopelk Bolestraszycki fratris sui patruelis germani et Cristoferi de Loray Lorayski itidem fratris sui Avuncul